Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sanctilogium Angliae, Walliae, Scotiae, et Hiberniae, ergänzt durch weitere Heiligenlegenden und -viten - Cod. St. Georgen 12

Johannes <Tinmouthensis>

[s.l.], um 1425

Illustration: [Historieninitiale; Verkündigung an Maria]

urn:nbn:de:bsz:31-68928

Visual Library

cibererit a conspectu intuentium minime abire iussit. Monachus quidam post balneum in loco ubi episcopus sedere consueverat sopnum cepit. Et ecce astant illi plures spiritus teterrimi distorte querentes cur in loco tanti pontificis quiescere non timeret. Ipsum torquentes lamiant hac et illac trahunt. Ab illis surrexit [?] rapientes desursum ad ima deicientes. Horrido tandem clamore vociferans, que sibi contigerat palam enarravit.

Singulis diebus preter alios quos quotidie innumeros alebat duodecim pauperum pedes abluere, deosculando linteo tergere, manibus aquam fundere, denarios prebere, cibum et potum apposita mensa ministrare, in pascha vestibus novis induere per aliquot dies in curia sua secum habere consueverat. Quo cum senectute et debiliorem eo sibi ad reficiendum eis vini validiorem ingessit. Die quadam cum ad oratorium egressus et sub aere stans, dum oculos celo intentissime figit, ipsum ad quem anhelabat pio corde et ore intentus orans, nec exterius lumen ut sic ad desiderandum quasi aliquid novi et delectabile contemplaretur, ubi extra fixerat. Diutissime fixa tenebat. Diaconus autem quis vidisset, ait: Considero quo tendo, et tunc vobis tantum me videte res quia noverat. Talis enim erat, ut quia huiusque laboravit in terra insistit, nec iam visuus [?] cras dies quibus me in celum dominus meus sicut pollicitus est introducit. Et regressus in oratorium convocatis fratribus hortatur eos impertiri sibi misterium sacre unctionis cum viatico dominici corporis. Nocte sequenti languoris sui oblitus, celitam intrans officium explevit, et residuum noctis spacium divinis laudibus expendit. Mane autem solito more linteo precinctus pedes pauperum lavit, et osculatus eos et tergens quindecim psalmos quos inter ipsum ministerium psallere solebat decantans subiunxit: Gloria patri et filio et spiritui sancto. Et cum pauperes solitas gracias assurgentes exsolvissent, ipse decumbens spiritum sanctum ante pauperum pedes in manus Christi spiritum emisit. Cumque ad ecclesiam quam construxerat deferretur corpus eius, ignea columba de celo descendens expansis alis leviter volitans corpus suum protexit. Igneam quoque speram instar stelle de celo lapsam omnes feretrum intuebantur. Deposito autem altari corpore sancto, visio que apparuit quasi locum designans sepulture in australem eiusdem [?] plagam per aliquas descendit et ab oculis intuentium evanuit. Cum autem sanctus Oswaldus in vita sua apud Floriacum deo deserviret et missam quandam celebraret, videt ministro eius lectionem vultus preclaram panem [?] candidissimum sed quantitate modicum, inter manus quas ipse ad caput suum porrectas habebat. Digno cum honore tenentem. Vertit cum eundem panem paulatim crescere ac insolite magnitudinis crescendo fieri conspexit, ultra residere non ausus extra hostium fuga lapsus est. Remansit itaque presbiter solus et qui videbatur in dextra stans angelus eius. Cumque per omnia sacra secreta et alia dicta angelus ad singula respondit et obsequium impendit. Peracta missa minister trepidus causam fuge vitio suo exposuit. Sciscitans ab eo si ipse angelum vidisset. Et ille: Bene inquit vidi et que dixit audivi. Sed benedictum sit nomen dei, quod licet a te sim celatus, in oratione tamen dei misso non enim ab eo desereris. Antequam [?] autem tamen me rogavit [?] illum innotescet.

de morte sancti oswaldi episcopi et confessoris

Obiit autem sanctus Oswaldus anno domini nongentesimo nonagesimo secundo, episcopatus sui tricesimo. In die kalendarum marcii processu temporis. Elevato de terra corpore sancti curis sanctorum, clausis pressum, et combusto ecclesie libris omnibus consumptis refectorio flamma. Orationem dignam commotus [?] flagitante, mox ut feretrum flammis accessit, ignis extinguitur, nec aliquod velatum absumpsit. Predicto memorata oratione rebelatum monachis feretrum ad cellam deferentes, occurrit quandam qui mox domum pulcherrimam construxit, et exclamans dixit: O sancte pater et pastor Oswalde, ecce domum meam voracibus flammis obnoxiam tibi dono, et mee protectioni possidendam. Sub tuo dominio pono. Tu eam a presenti periculo liberare digneris. Introducto in domum feretro, et domo vicina penitus igne consumpta, aula patri Oswaldo commendata nec ab igne contingi potuit. Eboracensi [?] lingdunensi depositio Romani abbatis, qui primus vitam heremiticam duxit, et multas virtutibus ac miraculis clarus plurimorum postea pater extitit monachorum. Eodem die sanctorum Mathias et Iustinus [?] etc.

Ex maiest.

Explicit liber secundus. Incipit liber tercius.

Kalendis marcii. De sancto Albino episcopo et confessore.

Cap. p.

Sanctus albinus venerande regionis tocius britannie consutus [?] indigenus, non exiguis parentibus ortus, in iuventute sua tanto fidei fervore flagravit, ut parentes per Christo spontanee relinqueret, et velut hostes domesticales affectus effugeret, ut totum affectum in celesti patria plantaret. In Tinctilacensi [?] monasterio habitum suscepit. Erat ad obedientiam paratus, ad omnia tolerandum mansuetus, ita ut in ipso iuventutis tirocinio iam senectutis esset exemplum. Denique cum adhuc parvulus per pagum in abbatis eius prefuisset obsequium explevit, apud quendam locum ubi tanta violencia tempestatis et pluvie effluxit ut ipsam domum nec sua tecta defenderet. Cum ergo per magnitudinem pluvie omnibus qui in eodem loco hospicio tenebantur madefactis, solum beatum albinum tunc imber tangere expavit. Cum esset annorum triginta quinque monasterii rector electus per quindecim quinque annos congregationem rexit. Post hec ad episcopatum andegavensem assumptus est. Insistebat in elemosinis pauperum, in defensione viduarum, in visitacione languentium, in redempcione captivorum. Probatur autem adolescentem defunctum audiens a parentibus deplorari, orationem prostravit se in oratione, et funerato revocavit a funere cum sacerdos surrexit a pulvere. Apud assanum [?] cum illustratus [?] serviente ei rege hildeberto iussus sed quia beatum albinum corpus infirmitas presidente [?] ad eius presentiam reverendam intuitus occurrere mittitur. Cum donec per illam regionem que ad sacerdotem ducebat incessit. Feliciter petiit cum eo in quodam campo pervenisset volens alibi declinare equus eius acsi metallum fusile fuisset gressum movere non potuit. Suspicatus rex culpam equi magis esse quam causam alterius, alium fecit sterni. Quem dum per ipsum iter ingredi compelleret, acsi unius incedendi retentus ne non valens intelligens quid rex nichil profecisse mutasse vehiculum, misso mutasset occursum. Deflectens in viam que ad sacerdotem ducebat, tamen cepit equus alacritate discurrere, acsi exceptus de fovea campi mollis planiciem recepisset. Cum autem in civitate andegavensi cuiusdam porte tereno [?] dampna esset carcer effractus prestante deo albino exclamabat compeditum. Tunc ad ostium carceris accedit, rogans ut preclusos causa eos relaxaret. Quod cum ille facere ante differret, episcopus prece ad deum fudit, et in loco in quo oravit tunc magnitudinis lapis quasi pius [?] exiliens portam carceris fecit aperiri. Egressi autem omnes ad vestigia episcopi se prosternentes, gracias deo et sibi retulerunt. Mulier quedam a demone arrepta sancto albino presentatur, et mox eiusdem [?] eius oculi in similitudinem pedis sanguine collecto. Tunc pontifex faciens signum crucis incepit in aliquantum dicens: Inimice ocius quem non dedisti nec possis auferre. Mox de collecto vestre in flexionem [?] ostiorum subtilius sanguis erupit, et sine lesione luminis hostis evanuit, et puella incolumis.

Ex spe. h. 28. c. ysid. et 2 sed.

obyt s. Oswaldus a° dni 992